



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus  
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

Ordo quid sit. tit. 83

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

peatur propter labem schismatis. Moyses dixit, Ne Deus respicias sacrificia eorum &c. Sed hoc periculum & errorem, sola inuidia in clerum nutrit & conseruat. Qui ergo amat periculum, videat ne pereat. Sacerdos sacerdotum conseruabit suos consecratos sacerdotes, licet illis resistat magi illi & venefici Pharaonis regis Aegypti, Exod 7.

## ORDO QUID SIT.

## TITVLVS LXXXIII.

**T**Ria sunt noranda. Primò, quid sit ordo: Secundò, quare in Ecclesia institutus à Christo: Tertiò, qui sunt fructus illius. Primò, ordo est specialis potestas, quæ per verbum Dei & impositionem manuum Episcopi confertur homini, vt veraciter & fructuosè possit dispensare dona Dei, quæ promissa sunt credenti propter Christum, id est, potestatem baptizandi, absoluendi, cõsecrandi &c. 1. Tim. 4. Ne negligas donum, id est, potestatem illam specialem, & 1. Corinth. quarto. Sic nos existimet homo &c. Est primò singularis potestas, non collata in Baptismo, communis omnibus Christianis: Nam Christus baptizauit Apostolos, anno 30. Ioann. 4. At postea, anno 33, dedit in cœna potestatem consecrandi Eucharistiam, Luc. 22. Hoc facite, &c. Et post resurrectionem potestatem docendi & baptizandi, Matth. 28. Et potestatem absoluendi, Ioan. 20. Si enim ex baptismo hoc habuissent, non specialiter fuisset illis collata hæc potestas. Nec est illa potestas, qua quisq; fidelis apud se est sacerdos & rex, 1. Pet. 2. Sed specialis, communem Ecclesiam respiciens.

Secundò, institutus est ordo propter certitudinẽ, vt sciant homines se veros habere ministros, quos Deus approbet. Nam Ierem. 14. dicitur: Multi prophetant in nomine meo, quos ego non misi, &c. Et Christus

Christus Mat. 24. Multi pseudoprophetae surgent &c.  
Omnes ergo qui non secundum vocationem Catho-  
licam sibi vsurpant sacerdotium, suspecti sunt, quod  
sunt falsi doctores, quos Deus non approbat, nec ius-  
sit loqui. Etsi presumunt propria potestate, sicut Da-  
than & Abiron & Chore, Numeror. 16. Deus tamen  
non approbat, sicut nec illorum thuribula. Et qua-  
do rusticus & laicus ordinat laicum in sacerdotem,  
quis credit hunc verum esse sacerdotem? Sectae hoc  
faciunt, non Catholici: si vulgus eligit senatum, re-  
iecto vero, quis illum approbat veracem?

At dicunt: Verbo Dei in<sup>o</sup> baptismo consecrantur  
omnes in sacerdotes: & omnibus Christianis dicitur,  
Vos estis genus electum, 1. Pet. 2. Nihil est vinctio &c.  
Respond. Verba & forma baptismi sic habent: Ego te  
baptizo, id est, lauo à peccatis, in nomine, id est, vir-  
tute & commissione Dei, qui est Pater & Filius & Spi-  
ritus sanctus, Matth. vlti. Nihil amplius dicitur, scilicet,  
do tibi potestatem consecrandi, absoluedi, bap-  
tizandi, &c. Baptismo expellitur sathan, & pecca-  
ta remittuntur, & quæque decet sui ipsius esse sacer-  
dotem & regem. Decipiuntur ergo sectarii hic per  
scripturam Petri, sicut Iudæi, Dathan & Abiron per  
scripturam Exod. 19. Vos estis genus electum &c. At  
indè punitionem incurrunt.

Tertiò, Fructus sacerdotij est efficacia verbi. Nam  
etiam verbum Dei non ex æquo est in omnibus effi-  
cax, sicut dæmones idem verbū Dei habuerunt, quod  
Petrus Matth. 16. & Martha Ioann. 11. Nam dicunt:  
Iesu Nazarene, scimus quod tu sis filius Dei, at non  
acceptatur hæc confessio, sed iubentur tacere, & Mat.  
7. Multi dicent mihi in illa die, Domine, Domine, non  
ne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo  
virtutes multas fecimus? &c. Et dicet illis: Nunquid non  
vos, Discedite à me operarij iniquitatis. Verbum enim  
Dei prolatum in actu absolutionis & consecrationis  
&c.

&c. tunc est efficax, quãdò ij, qui proferunt verbum, prius per verbum Dei sunt consecrati, ordinati, vocati ritè & Catholicè, qui specialem illã potestatem acceperunt in ordinatione, ibi certa est conscientia, quòd Deus assistit verbo suo, & operatur ea, quæ ibi petuntur, id est, absoluit, baptizat, consecrat, &c. Nõ vnctio confert illam potestatem, sed verbum Dei per hoc medium operatur, & cõfert potestatem. Ad quid fecit lutum in illuminatione cæci, Ioan. 9? Et sputũ, Marc. 7? &c. hæc est fides Catholica. Nota, sententia Ecclesiæ est verbũ Dei, Potestas est Dei minister, Rõ. 13. sed si quis sententiam dicat, & potestatem non habet, huius sententia non est efficax, quia ipse potestate caret. Cùm autem Lutherani &c. & ordine & potestate careant, totum ipsorum ministerium erit inefficax.

## AN IDEM SIT SACERDOS

*Catholicus & Schismaticus.*

## TITVLVS LXXXIII.

**P**rimò, Augustinus Epistola 48. Multi retinentur apud sectas, quòd nihil putant interesse, vbi fides & nomen Christi teneatur, siue sit intra vel extra Ecclesiam, esse sub secta aut Catholica vnitate, modò in Christum credatur. Sed hoc falsum est: nam cultus nullus, neque fides, neque opus Deo placeat extra vnitatem & charitatem: nõ mentitur Paulus 1. Corinth. 13. Si habuero omnem fidem &c. Et Christus Mat. 5. inquit: vade primùm reconciliari fratri tuo, &c. At cùm sacerdos schismaticus omne studium habet, ne vnitas redeat, & omnia ex odio faciat quęcunq; facit: Sacerdos autem Catholicus laboret pro Catholica vnitate, ergo non sunt ijdem in intentione docendi, etsi eadem verba Euangelij habeãt & fatean-